

Kreis  
Steinfurt

S 205

1300 Juli 14.

[114]

Baldewin, Edelherr von Steinfurt, bekundet den Verkauf des Erbes Crüfelmam, Rjpl. Emsbüren, an die Kommende Steinfurt.

Baldewinus miles, nobilis vir, dominus de Stenvorde, universis presentia visuris et auditoris salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod Bruno de Dreschusen miles, Lutmodis uxor sua, Conradus, Mechteldis et Margareta eorum liberi et heredes vendiderunt unanimi consensu domum suam thon Crucelo sitam in parochia Buren, solventem tria moltia siliginis per mensuram Scutdorpe et quatuor solidos cum dimidio Monasteriensium denariorum, viris religiosi commendatori et fratribus hospitalis Jherosolimitani sancti Johannis in Stenvorde pro xviii marcis legalis monete, quam pecuniam frater Stephanus de Harendorpe et Henricus de Oves ad usus et pietantias fratrum predictorum erogarunt. Que quidem domus cum suis appendentiis resignata fuit a predictis Brunone milite, Lutmode uxore sua, Conrado, Mechtelde et Margareta eorum pueris coram libera sede nostra tho Lare et coram Engelberto de Dabeke, libero comite nostro, tho der echten malstede, presentibus Johanne de Dabeke, libero comite de Meravelde, Gerardo de Wllen milite, Lefardo de Morsbeke, Gerlaco de Lon, Ecberto de Ubbenberg, Johanne de Ubbenberg, Johanne de Oldenborch, Lamberto fratre suo, Henrico de Waltdorpe, Henrico de Vreden, Johanne de Rammesberge, Gerardo fratre suo, Remberto de Turri et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius testimonium presens instrumentum ad rogatum partium sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno Domini M<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>, in crastino sancte Margarete.

Orig. Siegel. VIII. Rep. II. 1. b. 8. Nr. 1. Bergl. Reg. 115.